

De titulo Samasi Christophorus associetur
Largius hinc rutilans Anastasio copulatur
Et Lando vivens modicum super astra levatur
Omnibus his tandem decimum coniunge Iohannem
Et Leo cum Stephano precedit papa Iohannes
Cui Leo ser Stephanus succedit dogmate grandes
Mecon Marinus et Agapitus atque Iohannes
Presulibus quintus coniungitur his Benedictus
Cui Leo iungatur Iohannes et Benedictus
Et dominus mecon Bonifacius et Benedictus
Et quartum decimum post istos scribe Iohannem
Et quintum decimum post istos scribe Iohannem
Et sextum decimum post istos scribe Iohannem
Gregorium quintum prius et post scribe Iohannem
Post quem Silvestrum prius et post scribe Iohannem.
Huic etiam novum decimum subcribe Iohannem
Largius hinc quartus subnectitur et Benedictus
Prestet vicesimus Iohannes ser Benedictus
Hunc novum decimum depromunt scripta Iohannem
Quod cur eveniat dabit hoc agnoscere carmen.